



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2223. König Albrecht bekundet, daß der seinem Schwiegersohne, dem
Markgrafen Hermann von Brandenburg, die Vogtei über die Stadt Lübeck
übertragen und demselben, eintretenden Falles dessen Wittwe und ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2223. König Albrecht befundet, daß er seinem Schwiegersohne, dem Markgrafen Hermann von Brandenburg, die Vogtei über die Stadt Lübeck übertragen und demselben, eintretenden Falles dessen Wittve und Kindern, die dortigen Kaiser- und Reichsgefälle auf 14 Jahre, nach Ablauf der beiden nächsten, überwiesen habe, am 3. Dezember 1301.

Albertus, Dei gracia Romanorum rex semper augustus, Vniuersis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Adtendentes illustris Hermanni, marchionis Brandenburgensis, filii et principis nostri karissimi, preclara merita et fidei constanciam incorruptam, quibus multiformiter adornatur, sibi ciuitatem nostram et imperii Lubegge gubernandam commissimus et tuendam, volentes, vt ipsius ciuitatis incole super tuicione sua et necessitatibus ipsum interpellantes nostro nomine et intendentes eidem, tamquam nobis et imperio, ad eum plenum de omnibus suis factis recursum habeant et agendis. Preterea collocantes graciose pre oculis grata et vtilia obsequia nobis et imperio per eundem exhibita et graciora ac vtiliora per ipsum nobis in antea exhibenda, eidem marchioni redditus nostros et imperii vniuersos in Lubegge, elapsis duobus annis proximis, in quibus illustris Angnes ducissa Saxonie, soror et princeps nostra carissima, de nostro indulto eosdem redditus recipiet, suis vrbibus applicandos ad quatuordecim annos subsequentes continue de liberalitate regia duximus cum integritate qualibet largiendos: mandantes ciuibus nostris in Lubegge, vt memorato marchioni de predictis redditibus et iuribus vniuersis obediant, vt premittitur, et respondeant plenarie de eisdem. Adicimus quoque vt, si predictum marchionem infra annos nostri indulti decedere contingeret, illustris Anna, marchionissa Brandenburgensis, ipsius marchionis legitima, nostra filia carissima, et liberi eorundem succedere debeant in percepcione reddituum predictorum. In cuius rei testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum in Heilprunnen, III Non. Decembris, anno Domini millesimo trecentesimo primo, indictione XV, regni vero nostri anno quarto.

Aus dem Lübecker Urkunden-Buch, Theil II, Seite 124.

2224. Markgraf Hermann fordert die Stadt Lübeck zur Beschickung einer zu Friedrichsdorf angelegten Tagesfahrt auf. D. J. (1302—1304.)

Hermannus, Dei gracia marchio Brandenb(urgensis) et Lufac(ie) et dominus de Hinnenberg, Prouidis viris et discretis . . . consulibus vniuersitatique ciuium in Lubeke bone voluntatis affectum semper purum cum salute. Rogamus seriose vestram vniuersitatem, quatenus ad diem, videlicet quintam feriam post dominicam Trinitatis proximam, in Friderikestorpp placitandi gracia assignatum aliquos de vestris cum pleno mandato mittatis, nam id expedit vobis summe. De eo autem, quod nobis,